

dei dicimus filium dei. Sicut sol si generaret ex se talem splen-
dorem qui esset sol; illū solem & splendorem diceremus filiū *Simile.*
solis. In hoc tamē est differentia; q̄ in creaturis/in quibus esse
& essentia differunt/non possunt multiplicari subiecta: cū nō *Differens*
multiplicat̄ natura: Vnde & homo alium hominē gignit. De-
us aut̄ in quo idem est esse & essentia/ex seipso verbū gignēs
nō alium deum generat: Diuina enim essentia neq; dissimilis
est/neq; innata est/multiplicari scđm aliquē modum; propter
summā perfectionē & simplicitatem. Mahometus igitur au- *Opinio*
diens christianos dicentes deum habere filium; nesciuit con- *Maho-*
siderare/q̄ possibile est esse filium absq; muliere: Et propter *meti de*
hoc/nullam aliam adduxit argumentationē: nisi q̄ deus non *filio dei*
potest habere filiū: quia uxorem non habet: Et nō excogita-
uit quod dixit David: quem tantum cōmendauit Mahome-
tus: qui preter filium naturalem/dixit deum multos habere fi-
lios adoptiuos/dicens: Ego dixi: dii estis & filij excelsi omēs: *ps. lxxxii.*
& non ex muliere. Alias tñ licet Mahometū simul cum eo in- *b.*
telligere: qui dicit Mariam posse habere filium absq; viro: sed
quomō/non conuenienter considerauit: q̄ deus & absq; mu-
liere potuisset habere filium. Verū igitur dixit Mahometus/
quando dixit Christum Iesum filium Marię & verbum dei *10*
esse: sed non intellexit: Si enī intellexisset/dixisset: Ex quo est
filius Marię est verus homo: ex quo est verbum dei/ est verus
deus: Non enim est deus cōpositus & imperfectus sicut homo
cuius verbum & comprehensio mentis/& ars & actio non est
homo. Quicquid autem est dei/ est deus: Vnde & verbū dei/
deus est: & intellectus dei/ deus est: & actio dei/ deus est. Alco-
coranum autē hominē solum cepit christum. Et propter hoc *10*
postq̄ dixit/q̄ verbum est dei: addidit: q̄ Iesus sic est apud de-
um/sicut Adam/ quem creauit de limo terre: & dixit ei. Esto
Et quomō hoc cum precedentibus conuenit. Cum enī dixe-
rit: q̄ deus infuderit verbum Marię & spiritum eius: ex quo
natus est christus: & post hęc rursus opinatur: ut Adam is sit
quem formauit ex terra. Inconueniens igitur: verbum dei
& spiritum eius terram esse. Nisi aliquo modo dei naturā ter-
ram supponamus quod absit: Esset enim verbum eius/ & spi- *Fides ve-*
ritus eius sicut quędam statua/ quę neq; intelligit/ neq; spirat: *ra & xp̄ia-*
Nunc autem deus noster/ qui est benedictus in secula videt & *na.*

e